

[Ex apographo in codice Ottoniensi Karen Brahe 298 (857 b); cf. Dänische Bibliothec VII] (Hauniæ 1746) p. 470 sqq.]

CLARISSIMO ET DOCTISSIMO VIRO

DOCTORI PETRO SEVERINI, MEDICO REGIO,

PHILOSOPHO EXIMIO, SUO AMICO.

S.

BINAS a te charissime D. D. PETRE recepi literas, quibus interea nihil a me responsum est, non quod amicitiae et officij immemor essem, sed quod multis negotijs et amicorum visitationibus interea (ut fit) diffractus fuero. In prioribus communis nostri fratris et amici immortalis memoria dignissimi PRATENSIS casum et immaturum inexpeditumque a nobis dicebam merito deploras. In posterioribus vero proprias, quibus confidaris in vitae cursu, difficultates doles.

Eti vero PRATENSIS nostri abitus potius, quam obitus ab omnibus merito doleatur, utpote qui ob multarum scientiarum excellentem peritiam, vitaeque et morum incomparabilem suavitatem, in omnium animis perpetuum fui desiderium reliquit; tamen cum nos divinis oraculis et philosophia aliquatenus imbuti, statuamus eos, qui corpoream et visibilem hanc mundi formam, urgentibus fatis, reliquerunt, ad beatioris mundi incolas migrare et tanto beatius deinde vivere, quanto infinita felicitas finitam miseriam exsuperat; o Horizontum temporis et aeternitatis imperferutabile diferimen; cumque is, qui hinc dicebat, non decebat PRATENSIS, fuerit et divina et humana Philosophia ita edoctus, ut in eius, per quem omnes misericordiam mere- [s. 39](#) mur, pia invocatione et officij sui in hac mortali vita fidei vocatione, in aeternitatem migraverit, et dum fata inebant, vitam hanc mortalem bene et laudabiliter transegerit; idcirco non dubitamus cum eo longe melius nunc aeternum esse, quam nobis cum, qui inter tot errorum et fluctuationum procellas miseram, quod reliquum est in corpore vitae, fovemus. Unde non est quod tam impium caelum doleamus, quam proprium, quod tanto viro, tam praecclaris animi dotibus ornato, tanquam incerto et fido amico orbatum sumus. Verum cum et nos frustra hoc faciamus, utpote qui nullo luctu nullis lacrymis exoptatisimum amicum in hanc vitam revocare possumus, non troque desiderio nulla ratione succurri possumus, patienter feramus id, quod inexorabile fatum nulla impatientia mutari permittit. Unum restat, quo amici defuncti exuvias ornare possumus, nempe ut Epitaphium illi dignum confici curemus, quo eius memoria, alias quidem immortalis, sed pro civili et politica consuetudine ad posteritatem et eos, qui ipsum in vivis non norunt, conservari possumus; huius, quantum ad virtutem attinet, ego eorum particeps ero, tu de incriptione cogita. Id autem imprimis fieri oportet, ne, in diu differatur, in perpetuam (ut fit) oblivionem abeat. Dies enim diei memoriam delet.

Quantum vero ad posteriores tuas literas attinet, magis est quod non tam in hac vita ortem deploremus; quod tot assidue, dum hic peregrinamur, itinerum difficultatibus et a peritatibus impediamur. Tu, dum necessaria Philosophiae adminicula ceteris, libertatem Philosophicam in Aula aliquamdiu non plane amittis, aitem in exilium abigis, unde eam revocare, ingentis, ut experiris, est difficultatis. Aula enim quo vis blando et benevolo vultu recipit, sed protervo et invito dimittit. Verum patientia, taciturnitate et consilio multae difficultates tandem exuperantur, tempore etiam aliam atque aliam fortunae mutationem inducente. Sed danda est opera, ne, dum ab his

fluettibus et tempe tatibus evadere conamur, in novos impingamus et Charybdin evitantes in Scyllam devolvamur. Invia enim e t inter tot copulos, procellas et voragines ad Philo ophiam via. Verum i cui auxilio Supremi portum attingere datur, is poterit magnum alterius peetare laborem, non quia vexari quenquam e t iucunda voluptas, ed quibus ip e malis careas quia cernere uave e t.

Petis in uer a me, chariſ ime D. D. PETRE, ut hypothe eos COPERNICI in triplici motu Terræ explicationem tecum communicem; qua is olerti ingenio per olam Terram, tum primi mobilis rapidiſ imum motum, tum oetavæ phæræ inæqualem tarditatem, ip ius denique Solis annum cur um alvari poſ e demon travit. Primus e t, quo Terra circa axem ui Æquatoris ver us ortum patio 24 horarum convolvi imaginatur, eaque ratione rapidiſ ima illa primi mobilis circumgyratio, [s. 40](#) qua omnes e cum inferiores phæras in occa um convolvere a veteribus tatuebatur, penitus excluditur. Alter motus e t, quo centrum Terræ interea annum cur um, quem veteres Soli attri-||buebant, ab olvit, eaque via Eclipticæ duetum ijs in locis, ubi hi Solem locabant, de ignat. Tertius vero e t, quo axem Æquatoris Terræ ad planum Eclipticæ, quod centrum ip ius (ut dixi) de cribit, variabilem et annuo hinc motu revertentem inclinationem habere oportet; alias enim apparentes Solis ab Æquatore declinationes, dierumque incrementa et decrementa cum umbrarum di criminibus hypothe i huic non congruerent. Sed et in hoc tertio motu mirabili indu tria per binos circellos circa axem Æquatoris Terræ de criptos, alvat inæqualitatem motus fixarum ideo nobis apparentem, quod Æquator Terræ inæqualiter in antecedentia promoveatur, alteramque Æquatoris mobilitatem, qua ad Eclipticam accedit et recedit, eodem artificio excu at. Verum hæc omnia, ut unt ingenio e a olertibimo illo Artifice excogitata; ita, ni i machina talis extruatur, in qua oculariter demon trentur, difficulter intelligi poſ unt. Id vero et plura alia, Deo conatus no tros adiuvante, aliquando faeturus um, ubi vulgi trepitu emoto mihi Philo ophica quiete frui licuerit, et in ijs, quæ in motibus adhuc de iderantur, tunc diligentiozem trutinam adhibebo. Tu interim da operam, ut libertatem pri tinam recuperare poſ is et tandem animum ad continuandum Philo ophiæ tudium componere, ni mavis equi viam univer æ carnis, cumque alijs reliquos fru trare inglorius annos. Vale et aluta magnificum Dominum Decanum meo nomine officio iſ ime. Iterum terque quaterque vale. Datae Knud dorp die 3. Septembris Anno 1576.

Spero me brevi vobis Haffniæ affuturum.

Tuus

TYCHO BRAHE.